UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 192.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

omnes hoc habent, vt ſyncerè de rebus iudicent. Id quod vel ob mentis exiguitatē contingit, vel ob ſegnitiem, vel ob morum improbitatem, vel ob morti vicinam opinionem, qua priùs eorum animi imbuti ſunt. Nam alioqui iis, qui mente præditi ſunt, ac rerum iudicium opinionibus quibuſdam minimè priùs occupatum habēt, perſpicua eſt veritas.

τήλα τρόπων, ἢ διὰ πρόληψιν, θανάτου γείτονα. ἐπεὶ τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ ἀπρόληπτον κεκτημένοις τῶν πραγμάτων τὸ κριτήριον, σαφές ἐστι τὸ ἀληθές.

Eidem. 192.

Luxus, vir optime, non modò peramabilem, atque imperio & opibus anteponendam ſanitatem propellit (hac enim abſente nullius momenti illa ſunt) ſed etiam varios & incurabiles morbos gignit. Quare ſi tibi ſanitas curæ eſt, frugalitas quoque curæ ſit. Siquidem bonæ valetudinis matrem eſſe inediam, medici non immeritò eſſe definiunt. Ego verò quoniam mihi tecum, qui ſatietati quoque ipſi per ſaturitatem & ingluuiem cōtumeliam infers, ſermo eſt, hoc tibi nuncio, frugalitatem tibi ſanitatis, hoc eſt rei comprimis charę, & expetendæ matrem fore.

Τῷ αὐτῷ. ρϞβ.

Η τρυφὴ, ὦ βέλτιστε, οὐ μόνον ἐξοστρακίζει τὴν πολυήρατον, καὶ ἀρχῆς καὶ πλούτου προτιμοτέραν, ὑγείαν. ταύτης γὰρ ἀπούσης, ἐκεῖνα οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ποικίλα καὶ ἀνήκεστα κακουργεῖ νοσήματα. εἰ τοίνυν μέλει σοι τῆς ὑγείας, μελέτω καὶ τῆς αὐταρκείας. τὴν μὲν γὰρ ἔνδειαν μητέρα ὑγείας εἶναι, εἰκότως ἰατρῶν παῖδες ὁρίζονται. ἐγὼ δὲ ἐπειδὴ πρὸς σέ μοι ὁ λόγος, τὸν καὶ τὸν κόρον τῇ πλησμονῇ ὑβρίζοντα, τὴν αὐτάρκειαν μητέρα σοι γενήσεσθαι, τῆς πολυποθήτου ὑγείας εὐαγγελίζομαι.

Lampetio Epiſcopo. 193.

Si fieri poſſit, vt Zoſimus, & Maro, & Euſtathius, qui in tot támque grauibus flagitiis deprehenſi ſunt, meliore mente recepta eò, vnde exciderunt, redeant, hoc quidem melius fuerit. Sin minus, eos, tanquam incurabilia membra, ad vitales partes graſſantia, excinde.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. ρϞγ.

Εἰ μὲν δυνατὸν σωφρονισθέντας Ζώσιμον, καὶ Μάρωνα, καὶ Εὐστάθιον τοὺς ἐπὶ τοσούτοις καὶ τηλικούτοις κακοῖς ἁλόντας ἐπανελθεῖν ὅθεν ἐξέπεσον, ἄμεινον. εἰ δὲ μὴ, ἔκκοψον, ὥσπερ μέλη ἀνίατα σπεύδοντα βαδίζειν ἐπὶ τὰ καίρια.

Tauro Hyparcho. 194.

Vitium quidem, hoc eſt res infauſta & dedecoris plena, dominatur, cùm tyrannis rerum potitur. Virtus autem palmam obtinet, cùm regnum res exornat & moderatur. Tyrannis enim ad ſuam, regnum autem ad ſubditorum vtilitatem omnia refert.

Ταύρῳ ὑπάρχῳ. ρϞδ.

Κακία μὲν ἡ δυσώνυμος, καὶ δυσκλεὴς, κρατεῖ, ὅταν τυραννὶς κατέχῃ. ἀρετὴ δὲ νικᾷ, ὅταν βασιλεία διακοσμῇ τὰ πράγματα. ἡ μὲν γὰρ τυραννὶς πρὸς τὸ οἰκεῖον. ἡ δὲ βασιλεία πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων συμφέρον βλέπει.

Hermino Comiti. 195.

Quoniam magnificentia tua per literas

Ἑρμίνῳ κόμητι. ρϞε.

Ἐπειδὴ γέγραφέ σου ἡ μεγαλόνοια βουλομένη